

qui in dominiis iam successerat, insurgens bello commoto fratrem seniore cepit, et per multa postea tempora in arcta custodia collocavit. Fertur autem absque vinculorum mancipatione dicto fratri suo curiose excogitatam custodiam Nam adhibuisse. Nam cum frater senior captus esset pinguis et supramodum carnosus, adeo quod duorum forcium hominum spatium excederet in latitudine corporis et mensura, frater minor ipsum detinens adhibitis sibi custodibus omnino aperturas domus in qua tenebatur tam fenestras quam hostia tanta fecit artitudine componi, quod familiaribus et servantibus facilis fuit per ipsas transitus, fratri vero adeo caroso non patuit recessus vel introitus per easdem.

Eodem <sup>in</sup> rigorem tempore partibus circa Renum et Mosam videbatur quedam virtus satis rara et mira. Nam quedam species avicularum quales in memoria hominum hunc viciniorum vise non fuerant apparuit in illa regione.

Et avicule huiusmodi habuerunt rostra dura et acuta et admodum forpiciis in transversum recurvata. Volabant autem in magna multitudine liamatum sociate, et ex aere descendentes arboribus pomiferis insidebant, foris suis poma secantes per medium et medullam sive grana intrinseca pomorum extrahentes multa loca poma fere sunt depaste.

Eisdem temporibus videlicet anno domini 1355 mense